



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput XIII. Honorius III. P. titulo sanctæ a Pudentianæ Presb. Cardin. &  
Vicario nostro.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

pos dissidii causas dicant. Concil. Tolet. 12. can. 8. præcipit Episcopis, ut obtent, ne viri cum uxori- bus divortium faciant. Concil. Aurel. 3. can. 10. ibi: Illud etiam adjiciendum credimus, ut in Episcopi discussione consistat, de his qui in civitate sua ac ver- ritorio consistunt, & tali sunt ordinis sociati, incesto nimirum adulterio potius quam conjugio, utrum ignoranter ad illicita conjugia venerint, ac per con- sumaciam qua sunt interdicta præsumperint. Et in novella 1. Alexii Comneni, quæ extat lib. 2. jur. Græco-Rom. statuitur, universa, quæ ad animam spectant, ipsaque adeo matrimonia tam dijudica- si, quam executioni mandari, tam ab Archiepisco- pis, quam Episcopis debere, c. multorum 35. q. 6. cap. auditis, de præscrip. l. 7. tit. 10. part. 4. nam de causis arduis, & magnis magnates quoque, & magni judices judicare debent. l. & non distinguen- dus 32. §. de liberali, ff. de arbitris, l. 2. C. de pedan. judic. l. 1. C. ubi Senatores, Fornerius lib. 2. select. c. 23. Cuiac. lib. 9. observ. cap. 37. Morla in emp. tit. 2. nu. 145. Undè rectè contrà Anguianum tener Valer- ron. de transact. tit. 3. q. 2. n. 68 Rectores Academia- rum Complutensis, & Pincianæ non posse de his causis inter personas studii cognoscere. Circa can- cellarium nostræ Universitatis Salmantinæ certum est, olim de his causis cognovisse, sed jam similem jurisdictionem non exercere, verè refert Pater

Mendo de jure acad. lib. 1. cap. 23. n. 496. Jure ergo communi Episcopi sunt proprii judices causarum matrimonialium, ut doctè probat Filescus in c. 1. de offic. ordin. §. 13. Barbosa de potest. Episcopi alleg. 84. Basilius de matrim. lib. 5. cap. 11. Dixi jure com- muni, quia virtute delegationis etiam inferiores Prælati possunt de causis matrimonialibus cogno- scere, ut pro expositione diversorum jurum nota- vi in cap. 1. ut lue non contest.

c. Publicas pœnitentias. ] Quas dare, augere, mi- nuere, vel condemnare ad Episcopum specialiter pertinet Concil. Ancyran. can. 5. Arelat. 2. can. 10. Milevit can. 23. Aurel. 4. can. 8. Carthag. can. 46. ubi Balsamon. Nicephorus Charophylax in frag. epist. ad Theodof. quamvis privatam pœnitentiam imponere proprium sit presbyteri pœnitentiarii, c. quæstum 6. cum sequent, de pœnit. & remiss. cap. mensuram 86. de pœnit. dist. 1. cap. tempora 2. 26. quæst. 7. Synodus Merensis can. 10. D. Basilius in Epist. ad Amphylach can. 2. Illustrant Filescus in c. 1. §. 4. de offic. ordin. Landmeter. lib. 2. de Clerico, c. 89. Cironius ad tit. de pœnit. & remiss. De pœniten- tia publica, & solenni plura dabimus in cap. 1. de pœnit.

d. Indulgentiarum. ] Ut probavimus in cap. pen- ult. de pœnit. ubi de personis, quibus competit facultas concedendi indulgentias agemus.

C A P U T XIII.

Honorius III. P. titulo sanctæ a Pudentiana Presb. Cardin. & Vicario nostro.

Dilectus filius Joannes Sancti Thomæ de b Partitione presbyter exposuit coram no- bis, quod c Rectores fraternitatis urbis ipsum ad revelandum fures, & id quo d fu- per quodam furto sibi tanquam a Sacerdoti fuerat revelatum, vel ad satisfaciendum exinde damnum passo arctare nitentes, in eum, nisi alterum præmissorum infra octo dies efficeret, tulerunt sententiam interdicti. Quia igitur perniciosum esset prædictum Presbyterum sibi taliter credita revelare, ac iterum iniquum cogi ad id, quod non rapuit, extolvendum, disc. tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus præfatos Re- ctores coram te conveniens, injungas eisdem, ut à memorati Presbyteri super hoc grava- mine penitus conquiescant.

NOTÆ.

a. P. titulo san. Pudentiana. ] Petro videlicet Sa- xoni, Anagnino Henrico, qui creatus fuit Cardinalis ab Innocentio III. Anno 1206. ut re- fert Ciaconius in ejus vita, & fuit Vicarius Urbis Romæ; nam licet usque ad tempora Pauli IV. Vi- carii Pontificis tantum essent Episcopi, ut probat Cohel. in not. Cardin. c. 55. tamen Petrus hic fuit Vicarius creatus ab Honorio pro eo tempore, quo ipse Reate permansit, ut probat ipse Cohelius; & ita rectè in præfenti appellatur Vicarius Ponti-

ficus. Titulus sanctæ Pudentianæ, aliàs Pastoris, est unus ex antiquis titulis urbis, ut probat Cohel. ubi supra, cap. 6.

b. De partitione. ] Legendum est de parione, nam sexta Regio urbis, ubi est templum D. Tho- mæ, appellatur Regio Parionis.

c. Rectores. ] Qui tempore Honorii III. habebant jurisdictionem delegatam supra Clerum, ut post Abbatem Siculum probat Cironius in præfenti.

d. Tanquam Sacerdoti. ] In Sacramento pœni- tentiæ, contra sigillum quod servare tenebatur, juxta tradita in cap. 2. de offic. ordin.

C A P U T XIV.

Præposito R. & I. Archidiacono a Sueffion.

Dilecta in Christo filia Abbatisa b Iotren. nobis insinuare curavit, quod cum Pref- byteri, & Clerici Iotrensis Ecclesiæ, Melden. Diœcesis non consueverint proprium habere sigillum, nec sint unum corpus, ita quod Capitulum appelleretur; nihilominus tamen contra voluntatem ipsius Abbatisæ, quæ ipsorum c caput est, & patrona, sigil- lum